

**A** possit, admisit humanæ vocis obsequiū, & verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit. Nam inde est quod & dicitur deus. Non enim reuera in strepitu istarum duarum syllabarum ipse cognoscitur, sed tamen omnes Latinæ linguæ socios, cum aures eorū sonus iste tetigerit, mouet ad cogitandā excellentissimam quandā immortalēq; naturam. Nam cum ille

**Deū oēs** vnus cogitatur deorum deus, ab his etiam qui alios intelligit id, quo nihil melius. **Ca. VII** & suspicatur & vocant & colunt deos, siue in cœlo siue in terra, ita cogitatur, vt aliquid quo nihil melius sit atq; sublimius, illa cogitatio conetur attingere. Sane quoniam diuersis mouetur bonis, partim eis quæ ad corporis sensum, partim eis quæ ad animi intelligentiam pertinent, Illi qui dediti sunt corporis sensibus, aut ipsum cœlū, aut quod in cœlo fulgentissimū vident, aut ipsum mundum, deum deorum esse arbitrantur. Aut si extra mundum ire cōtendunt, aliquid lucidū imaginantur, idq; vel infinitum vel ea forma quæ optima videtur inani suspitione cōstituant, aut humani corporis figuram cogitant, sic eam cæteris anteponunt. Quod si vnum deū deorū esse nō putāt, & potius multos aut innumerabiles æqualis ordinis deos, etiā eos tñ prout cuiq; aliquid corporis videtur excellere, ita figuratos animo tenent. Illi aut qui per

**B** intelligentiā pergunt videre quod deus est, omnibus eū naturis visibilibus & corporalibus, intelligibilibus etiā & spiritalibus omnibus mutabilibus præferūt. Omnes tñ pro excellentia dei certatim dimicāt. Nec quisq; inueniri potest, qui hoc deū credat esse quo melius aliquid est. Itaq; hoc omnes deū cōsentiant esse, quod cæteris rebus omnibus anteponunt. Et

**Deo nihil sapiens.** quoniam omnes qui de deo cogitāt, viuunt aliquid cogitant, illi soli possunt non absurda & indigna de deo existimare, qui vitam ipsam cogitant, & quæcumq; illis forma occurrerit corporis, eā vita viuere vel non viuere statuunt, & viuendum non viuendum anteponunt, eamq; ipsam viuentem corporis formam quantalibet luce prefulgeat, quantalibet magnitudine premi neat, quantalibet pulchritudine ornetur, aliud esse ipsam, aliud vitam qua vegetatur intelligunt: eamq; illi molī que ab illa vegetatur & animatur dignitate incomparabili præferunt. Deinde ipsam vitam pergunt inspicere: & si eam sine sensu vegetantem inuenierint, qualis est arborum, præponunt ei sentientem, qualis est pecorum: & huic rursum intelligentem, qualis est hominum. Quam cum ad huc mutabilem viderint, etiā huic aliquā incommutabilem coguntur præponere: illam scilicet vitam quæ nō aliquādo desipit, aliquando sapit, sed est potius ipsa sapientia. Sapiens enim mens, id est, ad apta sapientiam, anteq; adipisceretur nō erat sapiens. At vero ipsa sapientia, nec fuit vnquam insipientis, nec esse vnq; potest. Quā si non viderēt, nullo modo plena fiducia vitam incommutabiliter sapientem cōmutabili vitæ anteponebant. Ipsam quoque regulam veritatis qua illam clāmant esse meliorem, incommutabilem vident. Nec vīpsam nisi supra suam naturam vident, quandoquidem se vident mutabiles. Nemo est enim tam

**Perversū iudicium.** imprudenter insulsi qui dicat, vnde scis incommutabiliter sapientem vitam commutabili esse præferendam? Id ipsum enim quod interrogat, vnde sciam, omnibus ad contemplantum communiter atq; incōmutabiliter præsto est. Et hoc qui non videt, ita est quasi cæcus in sole, cui nihil prodest ipsis locis oculorum eius tā claræ ac præsentis lucis fulgor infusus. Qui autem videt ac refugit, consuetudine vmbra- rum carnalium inualidam aciem mentis gerit. Prauorum igitur morum quasi cōtrarijs status ab ipsa patria repercutiuntur homines, posteriora atq; inferiora sedantes, quā illud quod esse melius atq; præstantius confitentur. Quapropter cum illa veritate perfructum sit, quæ incommutabiliter viuunt.

**Cap. IX.** Tomus tertius.

**Purgat⁹** animus vi- det. **C. X.**

& in ea trinitas deus author & cōditor vniuersitatis D rebus quas cōdidit cōsulat, purgatus est animus vt perspicere illam lucem valeat & inhærere perfecte. Quam purgationem quasi ambulationē quādam, & quasi nauigationem ad patriā esse arbitremur. Non enim ad eū qui vbiq; præsens est, locis mouemur, sed bono studio bonisq; moribus. Quod non posse. Cur deus nisi ipsa sapientia tantæ etiā nostræ infirmitati factus hoc cōgruere dignaretur, & viuendi nobis præberet ex- mo. Cap. empli, nō aliter q̄ in homine, quoniā & nos homines XI.

sumus. Sed quia nos cum ad illā venimus, sapiēter facimus: ipsa cum ad nos venit, ab hominibus superbis quasi stulte fecisse putata est. Et quoniā nos cum ad illam venimus, cōualecimus ipsa cum ad nos venit, quasi infirma existimata est. Sed quod stultus est dei, i. Cor. I. sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Cum ergo ipsa sit patria, viā se quoq; nobis fecit ad patriam. Et cū sano & pu

**Deus vi-** ro interiori oculo vbiq; sit præsens, eorum qui oculū sibilis in- illum infirmum immundumq; habet, oculis etiā car- neis apparere dignata est. Quia em̄ in sapientia dei ne. Cap. nō poterat mundus per sapientia cognoscere deum, XII. placuit deo per stultitiā prædicationis saluos facere i. Cor. I. credētes. Non igitur per locorū spatia veniendo, sed in carne mortali mortalib⁹ apparēdo venisse ad nos dicitur. Illuc em̄ venit vbi erat, quia in hoc mundo erat, & mundus per eum factus est. Sed quoniā cupiditate fruēdi pro ipso creatore creatura, homines cōfigurati huic mundo, & mūdi nomine congruentissimē vocati, non eū cognouerūt, propterea dixit Euāgelista, Et mundus eum non cognouit. Itaq; in sapientia dei nō poterat mundus per sapientia cognoscere deum. Cur ergo venit cum hic esset, nisi quia placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes? Quomodo venit, nisi quia verbum caro factum est & habitauit in nobis? Sicut cum loqui mur, vt id quod in anima gerimus, in audientis animum per aures carneas illabatur, fit sonus, verbum quod corde gestamus, & locutio vocatur: nec tamen in eundem sonum cogitatio nostra conuertitur, sed apud se manens integra, formam vocis qua se infinet auribus sine aliqua labe sine mutatione assumit: ita verbum dei non commutatū, caro tamē factum est vt habitaret in nobis.

**E** **Ioan. I.** Sicut autem curatio via est ad sanitatem, sic ista curatio peccatores sanādos reficiendos que suscepit. Et quem ad modum medici cum alligant vulnera, non in compositis, sed apte id faciunt, vt vinculi vtilitatem quædam pulchritudo etiam cōsequatur: sic medicina sapientia per hominis susceptionem nostris est accommodata vulneribus, de quibusdam contrarijs curans, & de quibusdam similibus. Sicut etiam ille qui medetur vulneri corporis, adhibet quædam contraria, sicut frigidum calido, vel humidum sicco, vel quid aliud humifodit. Adhibet etiam quædam similia, sicut linteolum vel rotundo vulneri rotundum, vel oblongum oblongo, ligaturamq; ipsam non eandem membris omnibus, sed similem similibus coaptat: sic sapientia dei hominem curans, seipsam exhibuit ad sanandum, ipsa medicus, ipsa medicina. Quia ergo per superbiam homo lapsus est, humilitatem adhibuit ad sanandum. Serpentis sapientia decepti sumus, dei stultitia liberamur. Quæ admodū aut illa sapientia vocabatur, erat autem stultitia contemnentibus deum: sic ista quæ vocatur stultitia, sapientia est vincuntibus diabolum. Nos immortalitate male vti sumus vt moremur, Christus mortalitate bene vti est vt viuere mus. Corrupto animo foemina ingressus est morbus: integro corpore foemina processit salus. Ad eandem contraria pertinet quod etiam exemplo virtutum eius vitia nostra curatur. Iam vero similia quæ diligamēta membris & vulneribus nostris adhibita

**Verbū** quō caro factum. **Ca. XIII**

**Deus ho-** minē quō sanarit. **Caput. XIII.**

**F**

a iij illa